

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Beneficiencia siue beneficium aq  
cum fontibus proximo et primo

Quamvis omni petenti dare debeas,  
tamen in beneficio

spectandi sunt mores eius cui datur  
et animus erga nos et cohabitacio  
et uite societas et ad nostras utilitates  
officia ante collata.

Seneca ibidem (libro IIII. de beneficiis).

Quamvis autem omni petenti dare debeas,  
tamen in beneficio  
habendus est delectus dignitatis. In quo  
spectandi sunt mores eius cui datur

et animus erga nos et coabitacio  
et uite societas et ad nostras utilitates  
officia ante collata.

Pseudo-Guillemus de Conchis, *Moralium dogma philosophorum*, I.B.2.ai (J. Holmberg ed., p.16, ll.20-23).

Tertium est propositum,  
ut in beneficentia dilectus esset dignitatis;  
in quo et  
mores eius erunt spectandi in quem  
beneficium conferetur  
et animus erga nos, et communitas  
ac societas vitae, et ad nostras utilitates  
officia ante conlata.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1.45  
(M. Winterbottom ed., p.19, ll.18-22).